Sit omnibus notum quod nos Beatrix Dei gratia abbatissa monasterii sancti Danielis Gerunde. Attendentes quod dictum monasterium habet satis prope civitatem Gerunde jo-
vertum vocatum de Monte Erbio, cum suis terris honoribus et pertinenciis suis. Attendentes etiam quod consideratis sumptibus qui pro laboratione ipsarum terrarum et honorum et
ad rationem ipsius jovertis fiunt necessario et fieri habent, melius utilius et fructuosius est ipsi monasterio multiplici ratione dictum jovertum cum suis terris honoribus
et pertinenciis stabilire seu ad emphiteosim concedere, sub certis censibus, quam ad propriam laborationem tenere vel etiam ipsum ad laborandum concedere, habitis super predictis
et quolibet predictorum diligenti et frequenti consilio deliberatione et tractatu cum conventu nostri monasterii, propter eo more solito convocato et congregato. Idcirco ipsius mo-
nasterii utilitate attenta de consensu voluntate et consilio dicti nostri conventus, tenta de licentia et expresso assensu reverendi patris in Christo domini Gastonis miseratione
divina episcopi Gerundensis. Gratis et ex certa sciencia, per nos et successores nostros in dicto monasterio, damus et concedimus, ad emphiteosim sive ad accapitum, vobis Guillelmo
de Abbacia draperio, et Guillelmo Johannis [illegible] Gerunde, et vestris perpetuo quandam peciam terre, prout est signata et fixata, ex condamina nostra vocata Cosyers
que est de pertinenciis dicti jovertis. Que pecia affrontatur ab oriente in strata den Lober, a meridie in pecia Arnaldi de Prato, ab occidente in pecia Guillelmi Ex-
menis et Arnaldi de Torrente mediante via nova, a circio in restibus dicte nostre condamine. Predictam siquidem peciam prout superius terminatur et affrontatur cum
omnibus integritatibus et proprietatibus suis, pertinentiis exitibus et pertinentiis suis universis et singulis, et cum omnibus melioramentis et augmentis ibi factis et de cete-
ro faciendis, vobis dictis Guillelmo de Abbacia et Guillelmo Johannis et vestris perpetuo damus et concedimus ad emphiteosim sive ad accapitum. Salvo tamen jure et
directo dominio dicti monasterii tam in terciis laudimiis foriscapiis empcionis firmis quam in cetris aliis, que ad directum dominium pertinere noscuntur. Habitis preterea vos
et vestri nobis et nostris successoribus in dicto monasterio annuatim censualiter in festo sanctorum Petri et Felicis duas migerias frumenti boni pulcri sicci et mundi ad
mensuram Gerunde, sed ipsas deffendentes in foro alliter vestris sumptibus in dicto monasterio. Item teneamini tenere ipsam condirectam, quatenus est in dicta
pecia. Et sic sub dictis modis et condicionibus constituimus nos dictam peciam terre nomine vestro et vestrorum possidere donec quousque ejus possessionem eandem jure quod
facto adepti fueritis corporalem, quam in quam intrandi adipiscendi et retinendi plenam vobis et vestris damus et conferimus potestatem, ad faciendum inde omnes vestras volunta-
tes, retentis tamen condicionibus supradictis. Et sic per nos et nostros successores in dicto monasterio promittimus hanc concessionem et omnia et singula supradicta
rata et firma habere tenere et servare et predictam peciam cum suis juribus vos et vestros semper facere habere tenere et etiam deffendere in pace contra cunctas
personas et inde vobis et vestris firmiter teneri de evictione et omnia dampna et expensas litis et extra. Et pro predictis attendendis et complendis, obligamus vobis
et vestris omnia bona dicti monasterii ubique presencia et futura. Pro hujusmodi vero concessione habuimus et recepimus a vobis ad utilitatem dicti monasterii quadra-
ginta novem sol. barchin. Renunciando excepcioni pecunie non numerate et non recepte et doli. Et nos dicti Guillelmus de Abbacia et Guillelmus Johannis laudantes et con-
cedentes omnia et singula supradicta, promittimus vobis dicte domine abbatisse et successoribus vestris in dicto monasterio dictum censum duarum migeriarum frumenti annua-
tim solvere termino supradicto alliter ut est dictum. Et pro predictis attendendis obligamus vobis et vestris dictam peciam terre cum omnibus melioramentis et augmen-
tis ibi factis et de cetero faciendis. Quod fuit actum et tam a dicta venerabili abbatissa quam a dictis Guillelmo de Abbacia et Guillelmo Johannis firmatum et laudatum quinto
nonas octobris anno domini millesimo trecentesimo tricesimo tercio. Presentibus testibus venerabili Bernardo de Lacu presbitero de capitulo et Petro de Villa[illegible] clerico
et Arnaldo de Torrente Gerunde. Predicta vero omnia fuerunt per dictum conventum more solito congregatum in capitulo dicti monasterii laudata concessa et approbata, et
Reverendum
etiam postea predicta omnia fuerunt per dictum dominum episcopum Gerundensem laudata, auctorizata et approbata IIII idus octobris anno domini predicto. Presentibus testibus venerabilibus
Arnaldo de Palaciolo thesaurario et Bernardo de Lacu presbitero de capitulo Gerundensis. Et similiter Arnaldus de Torrente bajulus dicti monasterii predicta firmavit pro
bajulo coram testibus supradictis.

Signum Petri Massaneti notarii publici substituti auctoritate regia a Bernardo de Toylano notario Gerunde publico, qui hoc scribi fecit et clausit cum supposito in linea XXVIII ubi dicitur
Reverendum.

Nº 43

CTORS f 60

Nº 5 del Plegamí 3 dela Corromina dels Paxers dela Suaria de Montiviui.

AC f 32v

T. 375 x 342

Stabliment de una fexa de una quexpart dela corromina des ferrers dela Suaria de Montiviui ... ter a Guillem de Abbadia y a Guillem Joan ...

A 3 8bre 1333.

Stabliments de algunes terres situades a Montivibi

nº 659

588